

Innovoshonores

NATALIVM SPLENDORE, VIRTVTVM
 decore, morum nitore Prastantissimi Viri Iuvenis

Dn. ADOLPHI ZOBELII

MAGNIFICI, AMPLISSIMI,
PRVIDENTIA ET GRAVITATE
SPECTATISSIMI VIRI

Dn. MARTINI ZOBELII,

Inclytæ Reip. Augustanæ Ædilis, Ecclesiæ orthodoxæ
 curatoris, Collegijq; novi Mœcenatis & Patroni fide-

lissimi, meritissimi

FILII, SPONSI

Cum,

GENERIS NOBILITATE, VIRTUTVM
 amænitate, morum ingenuitate Ornatisima Virgine

REGINA ENDORFERIN

NOBILITATE STEMMA-**TIS, AMPLITUDINE DIGNITA-**

tis, autoritate & rerum usu eminentissimi Viri

Dn. FRIDERICI ENDORFERI

Rei armamentariæ Augustanæ præfecti


Vigilantissimi

FILIA, SPONSA.

Celebratos V. Idus Iunij.

TYPIIS IOHANNIS PRÆTORII.

Anno M. DC. XXV.



I.

Sapiens auditur vox hac celeberrima vulgo,
 Iungendos paribus scilicet esse pares.
 Nec male: nanque fidem facit experientia dicto,
 Mittuntur similes sub juga curva boves.
 Inspice naturam; nunquid cum turture corvo
 Res est? Nunquid oris gauder adesse lupo?
 Inspice naturam: fugiunt contraria quaque,
 Et magno studio, qua placuere petunt.
 Nonne vides juvenes pulchros adamare puellas
 Pulchras, & similes has redamare procos?
 Ecce novus Sponsus iuvenum pulcherrimus unus,
 A claro clarum stemmate stemma trahens.
 En nova Videlicis cunctis prælata puellis
 Sponsa fuit, titulos nobilitatis habens.
 Ille decore suo reliquos supereminet omnes.
 Illa lepore suo virginem quaq; prior.
 Ambo simul virtute nitent, & laude resurgent.
 Qualiter in caelis sidera luce micant.
 Sponde tuas dotes, si quis desiderat omnes
 Scire, quod haud fieri res sinit, ille petit.
 Si virtute cupis cultam spectare puellam,
 Sponsa tuis oculis conspicienda venit.
 Sicut enim facies nullis est ob sita rugis,
 Membraq; sunt alba candidiora nive:
 Sic animi candor nulla est nigredine inclusus,
 Et mens barbarica nil feritatis habet.
 Nonne igitur similem simili gaudere videmus
 Congaudet pulchro pulchra virago viro?

Plaudi-



*Plaudite Pierides, novagaudia nocte Nympha,
Gratifica Charites voce sonate melos.
Plaudite vos iuvenes, res est dignissima plausio,
Quod similis Sponso Sponsa reperta fuit.
Vos quoq; Vindelica plausus resonate pueri,
Quod reperit Sponsum Sponsa decora parere.
Conveniunt mores, niuor & prastantia forma,
Omnia convenient, non aliena placent.
Velle ac nolle ambobus idem: quod praducat ille,
Comprobat illa, dolis blanditusq; carens.
Quid dicam? Geminum corpus mens occupat una,
Quae facienda facit, quae fugienda fugit.
Det DEVS, ut nunquam turbet discordia mentem,
Seiungens animos exulet ira, precor:
Cedat triste malum, discendant nubila cordis
Accedant vestro iubila grata toro.
Euphrosyne dulcis dulces in pectore motus
Excitet, ut curis mens relevata siet.
Det DEVS, ut longa numeretis tempora vita,
Tempora, que nullis sint caritura bonis.*

Matthæus Bardeller
Alumnus Collegij.

I I.

V Ere novo viridis ridebant gramina campi;
At nunc æstatis tempore cuncta vigent.
Quasque parens herbas gremio tunc alma fovebat:
Occultam constat repperisse viam.
Versicolor picto tellus nunc flore superbit,
Et tepidi finem tempora veris habent..
Nunc calet, & campis frondet ridentibus æstas,
Ac repetunt Cancri sidera solis equi.

A 2

Quis.

Quisque novos poterit, si vult modò, carpere flores,
Seu flavas violas, lilia, sive rosas.
Hic gaudet violis, alium dulcedo rosarum.
Delectat, quosdam lilia mista croco.
Huius lætitiam gignunt in pectore frondes:
Invenies herbæ quos trahit Indus odor.
Sed placet huic Sponso rosa nulla, necnulla Rosina:
REGINA voluit nomine, sola placet.
Hanc sibi delegit suavi succensus amore,
Et castæ florem virginitatis habet.
Non igitur frustra Sponso REGINA placebat,
Lilia, quæ formâ præstitit atque rosas.
Inde novis pariet thalamus nova gaudia nuptis,
Gaudia, quæ meta sint caritura brevi.
Gratulor ergo novo, quo condecet ore, marito,
Quem talem Sponsam ducere fecit amor.
Gratulor & Sponsæ præclarâ stirpe creatæ,
Quam tali Sponso nubere fecit à amor.
Gratulor ambobus claris ab origine Sponsis,
Quos virtus, pietas, religioque colunt.
Vos precor Omnipotens multos conservet in annos,
Et foveat, vestrum multiplicet quæ thorum.

Ambrofius Gencher Aug.
Alumnus Collegij.

III.

Nox fuit: & Nymphas vidi, Charitesq; frequentes,
Quis Hymen teretes prætulit ipse faces,
Asstitit & Cyprus Venus, & cum Pallade Juno,
Carmina Pimpleius voce canora dedit:
Clamet Hymen quivis, quivis Hymenæ frequenter,
Sic felix fertis tempora vincit Hymen.

Natal

*Naiades extollant vocem, & nova gaudia sumant,
 Concordes plausum vos Charitesq[ue] date:
 Nec tu dulcis Hymen, tuberos, tibi dicimus Hymen,
 Profer sollicitos ore gemente sonos:
 Letat Venus tecto demonstra gaudia gestu:
 Iubila Iuno gravis, tuaq[ue] Minerva cane.
 Audirete sonos Lycus & pellucida Vinda,
 Nam canticu spirans aura repleta fuit:
 Quid sonet ergo Lycus videamus Vinda marito,
 Quando voleas, dixi: dixi & ille volo.
 Sic aiunt, Nymphasq[ue] uident, ter tresq[ue] sorores,
 Et serius cinctum tempora lata chorum.
 Hymen o Hymenae canunt, Hymenae reclamant,
 Nec voces Echo confundisse potest:
 In primis Musa ingeminat: Palantias exti,
 O tandem nobis dulcis amica veni.
 Heus! fuge Tithonum, longo iam marcerat ab auro,
 Ac revoca natidum luce rubente diem:
 Quam velox fueras Cephalu cum forma placeret,
 Atque illum velles cum rapuisse manu.
 Hec tacet, illa venit (stires audisse, rubebat)
 Et referat celsi limina prima poli:
 Mox sequitur rosci summo de margine caeli
 Fila tenens Claria Phœbus Apollo lyra.
 Quem simul atq[ue] redit Musis ex omnibus una
 Alloquitur blandè, catena turba filet:
 Maenia, Phœbe, vide tectis spectata superbis
 Augustæ: Musas, Cythrie clare, vide
 Templa vide, iuvenesq[ue] vagos, hilaresq[ue] puellas,
 Sponsam cum Sponso sacra parante vide.
 Maenia, te, Musa, iuvenes, sacra templæ, puella,
 Ad secum hoc Sponsus Sponfaq[ue] bella vocant.
 Desit: & Phœbus non longa silentia fecit,
 Sed tetigit verbis ultima verba suis.*

A P O L L O

*N*um faces vos ad celebres A D O L P H I
 Ductus, Clio, choreas prementes
 Sapientia pulchre vario uarentem
 Germine terram?
 Me quoque auratis humeros amictum
 Vestibus vestris elegis vocasti,
 Ut novis cornis uenerem benigno
 Gandia Sponfis.



Non dies Crescā nūdūs carebit
Hic notā, aut letā face nuptiali:
Cordis at curas stimulos molestias
Eximet atros.

Nam sc̄o Z O B E L I V S hic alumnus
Quād vigil blanda fuerit Thalia,
Et mens, gratāq; mihi manebit
Mente reposum.

Magna fid̄os est, pretiumq; magnum
Nobilis virtutis honor parentum:

Nominis si optanda venit quibusdam
Fama perennis:

Si quis argento color est potenti:

Si dabunt vitam Aonides videntem:

Patribus si laus patria debetur

Nescia mortis:

Si bonis proles eadem creatur,

Nec iouis molles famulis columbae,

Nec truci parvi lepores leone

Progenerantur:

Quando Nuptorum invenes utriq;

Tu parem quem Vindelicum parenti?

Quis prior Sponsum teneramq; Sponsam

Exsuperabit?

Vestibus velata Fides A D O L P H V M

Candidis, Doctrinaq; culta, & aqua

Ambiunt Virtus, Pietasq; nostro

Tempore rara.

Nec soror sancte Pietatis ardens
Charitas charos comites relinquit:
Nec procul Concordia stat quietis
Aurea membris.

Purpurā mixtum niveum colorem,
Et rubrā tinctum violā nitorem,
Nobilis Sponsae, & roseum ruborem,

Atq; decorēm,
Lacteos vultus, rutilosq; laudo,
Cereas palmās, vitreosq; ocellos,

Milleq; auratos varse capillos
Flexibus aptos.

Hæc Pudor Sponsæ decorant honestus
Et piam ornans Religio puellam,

Et boni mores, animusq; simplex,

Et decus omne.

Sed tace plectrum: socialis Hymen,

Fanflitas rerum, Ceres & Lyans

Largiter Nuptis sua dona stargent.

Optima casis.

Hæc mea Musa, Venus, Pietas quoq;, Phœbus

Apollo,

Hymen, & socius scribere iussit Amor.

Longærum faciat secundo pignore lecti

Te R E G I N A patrem, suavis A D O L -
P H E, precor.

(85) + (86)

Chronodistichon Retrogradum

A.D.

D N. S P O N S V M.

ConnVbII benè qVæ CcLebras nVnC aVrea festa
Gratia Cœlestis saCrat aMoena patrls.

Iohannes Ehrhardt Augustanus
Alumnus Collegij Parrig

O vos,

O Vos, quæ fontes Aganippidos, oro, tenetis,
 Per campos flores carpite purpureos:
Ac nitidum nitido connectis pollice fertum,
 Quod cingat Nuptis tempora lata novis,
 Nam vivæ referunt in imagine stemma parentum,
 Qui Sponsæ Christi mille dedere bona,
 Sint testes pueri, sit testis, prima juventus,
 Sint testesq; senes, cum senibusq; viri.
Quam mulos Musæ jvuenes vidistis ab ipsis
 Promotos, artes edidicisse bonas.
Ipse ego, Musarum pia quòd sum castra sequutus,
 Et sequor, illorum gratia sola facit.
Non magnos referam titulos, cum jure vocentur
 Perchari nostræ sicut patriæq; patres.
Gaude Sponsa Deum tales donasse maritum,
 Quem non immeritus nobilitavit honor.
Aspice florentem Sponsum vernantibus annis,
 Insignem facie, corpore, corde virum:
Aspice cultorem firmæ virtutis & æqui,
 Cui mitis pietas, cui probitasq; fauens:
Aspice quam comem vultum grauitate serenet,
 Quot scateant lepidis optima dictæ jocis.
Gaude Sponsæ Deum tales donasse maritam,
 Cui comes est virtus, gratia, forma, pudor.
En age iam mores Sponsæ pietatis amantis,
 Quæ laudem castæ virginitatis habet:
En age fidereis certantia lumina stellis
 Clara pudore simul, clara decore simul.
 Sed celeres citius volucres numerare licebit,
 Quam vestras dotes enumerare queam.
 Desine plura loqui, sublimia contrahe veta,
 Faustaq; Conjugibus, Musa, precare pijs.
OPater Alme veni summi Regnator Olympi,
 Hæc pia qui solus foedera constituis.
Christe veni, bone Christe veni, qui Patris imago,
 Quem Sponsi Canæ tecta subilse ferunt,
Et tu Sancte veni Flatu: qui jungis amores,
 Ut jungas puro pectora casta toro.

Iungs.

Iunge Sacra^ta Trias sacris pia pectora vinclis!
Quæ nisi mors nemo disoluise queat.
Fac videant ædes multâ ambo prole refertas,
Et simili matris moribus atq; patris.
Fac viuant longos longæui Nestoris annos,
Concordes vireant fac vigeantq; diu.
Factandem placidâ cum claudent lumina morte,
Ut vitæ æternæ præmia summa ferant.

Christophorus Bürlingus
Augustanus, alumnus
Collegij.

F I N I S

